

**Quâ in parte**, ut nos nostro etiam loco preceptorum studium aliquo modo sive juvaremus, sive sublevaremus, Compendium istud Locorum Theologicorum ita in lucem prodire voluimus, ut secundum tres distinctas Discipulorum classes, quarum una est, Incipientium, altera Proficientium, tertia Adultorum, Quæstiones etiam trium distinctorum essent generum; ita ut incipientibus eæ edescendæ proponerentur quæstiones, quæ nullum prorsus habent adjectum signum: Proficientibus vero eæ, quæ figura crucis † sunt notatae: Adultis deniq; quæstellulam præfixam habent. Hoc enim pacto neq; incipientium rudiorum vē tarditas proficientibus & adultis, neq; horum profectus & alacritas illis fraudie esse poterit.

Cæterum, quæ a potissimum Methodo in colligendis disponendisq; Locis istis usi simus, non est, Candide Lector, pluribus ut te moremur. Nos quidem minime fugit, nonnullos ad superstitionem usq; de τάξι sive ordine Locorum Theologicorum esse sollicitos. Sunt enim, qui secundum distinctas patefactiones & operationes Dei ad extra, seriem Articulorum fidei adornandam esse autumant. Sunt alii, qui diversitatem subjectorum & objectorum, respectutum Creatoris, tūm creaturarum strictè hanc in parte & obser-